

**D**emonstratesunt omnes modi trium figurarum categorici  
syllogismici & quidam primae figurae quorum modum addiderunt;

**P**aralogismi uero primae figurae ita fiunt ex pri. ori affirmatiua  
uniuersali & secunda negatiua uniuersali omnis homo  
animal est nullum animal lapis nullus igitur homo lapis  
est & quam utatō termino & uniuersale & particulare  
concludit & abnegatiuam & affirmatiuam ad hoc est inutilis  
approbatus.

**I**dem paralogismus qui ex duabus negatiuis uniuersalibus  
fit hoc modo. Nullus lapis animal est. Nullum animal  
immobile est. Nullus igitur lapis immobilis est.

**I**dem paralogismus qui ex duabus particularibus affirmati  
uis fit hoc modo quidam equus animal est. quoddam animal  
bipes est quidam igitur equus bipes est.

**R**ursum ex duabus particularibus negatiuis. hoc modo quidam  
homo albus non est. quoddam album. Non mouetur.  
quidam igitur homo non mouetur.

**I**dem si prior affirmatiua particularis & secunda negatiua  
particularis fuerit hoc modo. quidam equus animal est  
quoddam animal quadrupes non est. quoddam igitur  
equus quadrupes non est. Idem si prior negatiua particularis  
secunda affirmatiua fuerit particularis hoc modo.